



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

29. Amplificatio ab Effectis: Describitur vir bonus: pro Cæcinna, n. 78.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

vinci, aut superiore in dignius ab inferiore atque humilior. Luctuosum est tradi alteri cum bonis; luctuosius, inimico. Horribile est causam captus dicere: horribilius priori loco dicere.

*de moribus
& descrip-
tione factis.*

Omnia circumspexit Quinctius, omnia periclitatus est C. Aquili, non pretorem modò, à quo ius impetraret, inuenire non potuit, atque adeo, ne vnde arbitrari quidem suo posset: Sed ne inimicos quidem Sex. Næuij, quorum sæpe & diu ad pedes iacuit stratus, obsecrans per Deos immortales, vt aut secum iure contenderent, aut iniuriam, sine ignominia, sibi imponerent. Denique ipsius inimici vultum superbissimum subiit, ipsius Sex. Næuij lacrymans manum apprehendit in propinquorum bonis persequendis exercitatum, obsecrauit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, at ætatis suæ, si non hominis aut huius anitatis rationem haberet: vt secum aliquid integra sua fama, qualibet dummodo tolerabili conditione transigeret; ab ipso repudiatus, ab amicis eius non subleuatus, ab omni magistratu vexatus, atque perterritus, quem præter te appellet, habet neminem, tibi se, tibi suas omnes opes fortunæque commendat: tibi committit existimationem, ac spem reliquæ vitæ, multis vexatus contumelijs, plurimis iactatus iniurijs, non turpis ad te sed miser confugit. E fundo ornatisimo deiectus, ignominijs omnibus appetitus, cum illum in luis paternis bonis dominari videret, ipse filix multam dotem conficere non posset, nihil alienum tamen vita superiore commisit. Itaque te obsecrat, C. Aquili, vt quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum, propè iam acta ætate, deusque attulit, eam liceat ei, secù ex hoc loco efferre, ne is de cuius officio nemo vnquam dubitauit, sexagesimo denique anno, dedecore, macula, turpissimæque ignominia notetur, ne ornamentis eius omnibus Sex. Næuius pro spolijs abutatur, ne per te ferat, quominus, quæ existimatio P. Quinctium vsque ad senectutem perdaxit, eandem vsque ad rogam prosequatur.

Hæc gradatio, vt postea dicitur, tota ad amplificationes facta est, nihil ea ad augendum, aut fecundius, aut suauius.

Alter pars amplificationis, continet *de moribus calamitosi hominis opulentum aduersarium demulcentis. Denique ipsius inimici vultum superbissimum subiit;* cui additur fermoci-

natio, *Obsecrauit per fratris mortui cinerem. Hoc ipsa per se satis luctuosa est, & in se suam continet amplificationem, modò disertè narretur.*

Amplificatio ab Effectis. Describitur vir bonus pro Cæcinnâ, num. 78.

CAPVT XXIX.

Vereor, de tali viro ne plus dicam, quam vos aut sentiat, aut apud vos commemorari velitis. Quapropter hoc dicam, nunquam eius auctoritatem nimium valere, cuius prudentiam populus Romanus cauendo, non in decipiendo, perpexit: qui iuris ciuili rationem non quam ab æquitate leuauerit, qui tot annos, ingenium, laborem, fidem suam P. Romano pro n. ptam expositam que præbuit; qui ita bonus & iustus vii est, vt natura, non disciplina consultus esse videatur; ita peritus ac prudens, vt ex iure ciuili, non scientia solum quædam, verum etiam bonitas nata videatur; cuius tantum est ingenium, ita prompta fides, vt quicquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias.

Amplificatio luxus per adiuncta: pro Roscio Amerino, num. 130.

CAPVT XXX.

Habet animi relaxandi causa rus amœnum, & suburbanum, plura præterea prædia, neque tamen vllum, nisi præclarum, & propinquum: domus referta vasibus Corinthijs, & Deliacis; in quibus est anthespa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, vt qui prætereuntes pretium enumerari audiebant, fundum venire arbitarentur. Quid præterea cælati argenti? quid stragularum vestis? quid præclarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse? tantum scilicet, quantum à multis splendidi que familijs in turba & rapinis coaceruari vna in domo potuit. Familiam verò quantam, & quam varijs cum artificijs habeat, quid ego dicam? Mitto hæc artes vulgares, coquos, pistores, leccicarios: animi & aurium causa tot homines habet, vt quotidiano cantu, vocum, & neruorum, & tibiarum, nocturnisque conuiujs tota vicinitas personet. In hac vita, Iudices, quos sumptus quotidianos, quas effusiones, fieri putatis? quæ verò conuiuia? honesta credo in eiusmodi domo? si domus hæc habenda est

E c 2

positus